

III. *A sententia decretoria, ite in ignem aeternum, Matth. XXV, 41. Iam vero sententiae decretoriae non solent metaphoricis concipi verbis, nisi res per metaphorica verba pronunciata minus vsitata sit et consueta.*

§. 28. Qui contrarium defendunt his vtuntur argumentis:

I. *A natura huius ignis, qui est inextinguibilis. At elementaris facile est extinguibilis.*

Contra eos, qui ignem metaphor. in inf. esse putant.

Resp.

1) Secundum ARISTOTELEM sub concauo lunae datur ignis inextinguibilis et tamen elementaris, quia omnis noster ignis eo ascendit.

2) Eodem argumento confici posset, corpora beatorum non amplius esse elementaria, sed immaterialia, quia sunt incorruptibilia, cum alia omnia corpora corruptioni sint obnoxia.

II. *Ab effectu huius ignis. Non enim destruit corpora damnatorum, quod ignis elementaris facit.*

Resp.

Ignis naturalis corpora corruptibilia destruit. At corpora damnatorum sunt incorruptibilia.

III. *Ab annihilatione ignis in consummatione mundi.*

Resp.

Vt non sequitur, omnis creatura in consummatione extrema peribit, ergo non dabitur coelum, tanquam $\pi\delta$ creatum vel creandum, ita

Ccc 5

non